[Ocelli Lucani - suite]

Auteur : Foucault, Michel

Présentation de la fiche

Coteb028_f0327
SourceBoite_028-4-chem | [sans titre]
LangueFrançais
TypeFicheLecture
RelationNumérisation d'un manuscrit original consultable à la BnF, département des Manuscrits, cote NAF 28730

Références éditoriales

Éditeuréquipe FFL (projet ANR *Fiches de lecture de Michel Foucault*) ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle).
Droits

- Image : Avec l'autorisation des ayants droit de Michel Foucault. Tous droits réservés pour la réutilisation des images.
- Notice : équipe FFL ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR).

Notice créée par équipe FFL Notice créée le 22/03/2021 Dernière modification le 23/04/2021

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Foucault-fiches/items/show/18171?context=pdf

ἕξεις γίνονται· μάλιστα δὲ πάντων προσήκει φυλάττεσθαι τὸ καθεστηκυίας τῆς διανοίας τὰς μίξεις γίνεσθαι· ἐκ φαύλων γὰρ καὶ ἀσυμφώνων καὶ ταραχωδῶν ἕξεων μοχθηρὰ γίνεται τὰ σπέρματα. § 14. Μετὰ πάσης οὖν σπουδῆς καὶ προσοχῆς δεῖ καταβάλλεσθαι, ὅπως τὰ γεννώμενα γίνηται χαριέστατα, καὶ γενόμενα καλῶς ἀνατραφῇ. Οὐ γὰρ δίκαιον, τοὺς μὲν φιλίππους καὶ φιλόκυνας καὶ φιλόρνιθας μετὰ πάσης ἐπιμελείας φροντίδα ποιεῖσθαι τῶν γινομένων, ὡς δεῖ, καὶ ἐξ ὧν δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ πῶς διακειμένων, γίνεσθαι τὰς μίξεις καὶ τὰς κοινωνίας, τοῦ μὴ ὡς ἔτυχε γίνεσθαι τὰ γεννώμενα· τοὺς δὲ ἀνθρώπους μηδένα ποιεῖσθαι λόγον τῶν ἰδίων ἐγγόνων, ἀλλὰ καὶ γεννᾷν ὡς ἔτυχε, καὶ γεννωμένων ὀλιγωρεῖν καὶ τῆς τροφῆς καὶ τῆς παιδείας. Ταῦτα γὰρ ἀμελούμενα πάσης κακίας καὶ φαυλότητος παραίτια γίνεται, βοσκηματώδη καὶ ἀγεννῆ ἀποτελοῦντα τὰ γεννώμενα.

vero omnium maxime curandum est, ut pacata et tranquilla mente concubitus fiat. Nam quum pravus et incompositus et perturbatus animi habitus est, vitiosa e corpore semina solent prodire. § 14. Omni igitur studio omnique animi attentione fundamenta jacienda sunt, ut venusti nascantur liberi, et postquam orti sint liberaliter educentur. Neque enim æquum est eos qui equos aut canes aut aves alunt omni diligentia providere, ut belluas, quemadmodum et ex quibus et quo tempore oporteat, generent, et quo modo affectæ coire debeant, ne vilis ac vulgaris nascatur proles, homines vero nullam filiorum suorum curam gerere, sed potius illos, ut sors tulit, procreare, et quum genuerint, ipsorum educationem institutionemque negligere. Hæ enim res neglectæ omnis improbitatis et nequitiæ causæ sunt, quippe quæ liberos belluarum similes vilesque efficiant.

recte jungitur infinitivo non adjecto μή. Æschyl. Suppl. v. 202 : φυλάξομαι δὲ τάσδε μεμνῆσθαι σέθεν Κεδνὰς ἐφετμάς. Itaque nihil mutandum.

γίνεται τὰ σπέρματα] Vulgata hæc lectio est quam servandam putavi, etsi in cod. Par. A. γίγνονται atque in cæteris duobus γίνονται legitur, quod in Lovan. ed. transivit.

§ 14. γεννώμενα γίνηται] codd. Parr. A. et C.; item Battæsius et Rudolphus. Cod. Par. B. γεννώμενα γίγνηται, quod in cod. Vat. repperit Siebenkeesius. In alio codice Vat. verba γίνηται χαρ. καὶ γενν. teste Vizzanio desiderantur. Commelinus denique et Vizzanius γίνεται.

γενόμενα καλῶς ἀνατραφῇ] Ita codd. Parr. A. et C. atque edit. Lovan.; male cod. B. γεννώμενα καλῶς ἀ, quod in Vizzanii, Galei, Dargensii, Rudolphi aliisque edd. legitur.

οὐ γὰρ δικ.] Codd. Parr. præbent οὐδὲ γὰρ δικ.; editio Lovan. οὔτε δὲ γὰρ; Commel. atque alii legunt οὔτε (δὲ) γὰρ. Desideratur δὲ in edd. Vizzanii et Battæsii, sed reperitur in Vizzanii cod. Vat.; Siebenkeesius autem οὐδὲ pro οὔτε scriptum invenit. Sed ego neque οὐδὲ γὰρ neque οὔτε δὲ γὰρ hoc loco fero. Scribendum οὐ γαρ quod solum simplici huic sententiæ congruit.

φιλίππους καὶ φιλόκυνας καὶ φιλόρνιθας] codd. tres Parisienses et edit. Lovan. Eundem ordinem sequitur Christianus in interpretatione. Vulgo autem hæ voces ita collocantur φιλίππους καὶ φιλόρνιθας καὶ φιλόκυνας.

γίνεσθαι] Hoc loco et paucis verbis interjectis cod. Par. C. γίνεσθαι, sed codd. A. et B. γίγνεσθαι.

τοῦ μὴ] codd. Parr. Vatt. Barth. atque edd. Vizz. Comm. Batt. Rud.; Nog. male τοῦ καὶ.

τὰ γεννώμενα] codd. Parr. et omnes edd. præter Battæsianam, ubi legitur γεννήματα.

ἀλλὰ καὶ γεννᾷν] codd. tres Parr. atque edd. Lovan. Vizz. Batt.; καὶ uncis inclusum in Commel. ed.

καὶ τῆς τροφῆς καὶ τῆς παιδ.] codd. Parr.; prius καὶ ante τῆς τροφῆς omissum est in Battæsii editione, posterius deest in Lovaniensi.

ταῦτα γὰρ] codd. Parr. A. et C. et omnes edd.; γὰρ omissum in cod. B. atque in membranis Vatt. et Barth.

γίνεται] cod. Par. C.; sed cod. A. et B. γίγνεται.

ἀγεννῆ] cod. Par. B.; in reliquis duobus codd. Parr. legitur ἀγενῆ, quam lectionem non debebant in verborum ordinem recipere editor Lovaniensis, Commelinus et Battæsius. Utriusque vocis discrimen satis notum hodie est.

ἀποτελοῦντα] codd. Parr. Vatt. Barth. atque edd. Lovan. Comm. Gal. Darg. Batt. Rud.; ἀποτελούμενα, quod in Varr. Lectt. Commelini memoratur et apud Vizzanium legitur, rejiciendum est.

BnF MSS

OCELLI LUCANI

FRAGMENTUM LIBRI ΠΕΡΙ ΝΟΜΟΥ

e Stob. Ecl. phys. lib. I, cap. 13, pag. 32.

Συνέχει γὰρ τὰ μὲν σκάνεα ζωά, ταύτας δ' αἴτιον ψυχά, τὸν δὲ κόσμον ἁρμονία, ταύτας δ' αἴτιος ὁ θεός, τὼς δ' οἴκως καὶ τὰς πόλιας ὁμόνοια, ταύτας δ' αἴτιος ὁ νόμος. Τίς οὖν αἰτία καὶ φύσις τὸν μὲν κόσμον ἁρμόσθαι διὰ παντός, καὶ μηδέποχ' ἐς ἀκοσμίαν ἐκβαίνειν, τὰς δὲ πόλιας καὶ τὼς οἴκως ὀλιγοχρονίως ἦμεν; Ὅσα μὲν ὦν γεννατὰ καὶ θνατὰ τὰν φύσιν, ἐξ ἇς συνέστακεν ὕλας, τὰν αὐτὰν αἰτίαν ἔχει τᾶς διαλύσιος. Συνέστη γὰρ ἐκ μεταβαλλοίσας καὶ ἀειπαθέος· ἁ γὰρ τῶν γενομένων ἀπογένεσις σωτηρία τᾶς γεννάτορος ὕλας· τὸ δὲ ἀεικίνητον κυβερνεῖ, τὸ δὲ ἀειπαθὲς κυβερνεῖται, καὶ τὸ μὲν πρότερον τᾷ δυνάμει, τὸ δὲ ὕστερον: καὶ τὸ μὲν θεῖον καὶ λόγον ἔχον καὶ ἔμφρον· τὸ δὲ γεννατὸν καὶ ἄλογον καὶ μεταβάλλον.

Continet quidem corpora vita, hujus autem causa anima est : mundum vero harmonia continet, hujus autem auctor est deus : familias denique et civitates continet concordia, hujus autem causa lex est. Quæ igitur causa est et natura efficiens, ut mundus quidem semper apte cohæreat neque unquam in perturbationem incidat, civitates vero et familiæ brevis sint temporis? Quæcunque res genitæ sunt et natura mortales, ex qua constant materia, hanc ipsam dissolutionis causam habent. Constant enim ex mutabili et semper patibili : quippe eorum quæ genita sunt interitus salus genitricis materiæ est; quod vero semper movetur gubernat, quod semper patitur gubernatur : et illud quidem sua vi prius, hoc posterius; illud divinum et ratione præditum et mentis particeps, hoc vero genitum et rationis expers et mutabile est.

Stobæus l. c. : Ὄκελλος ἔφησεν εἶναι δι' ὃ γίγνεταί τι. λέγει γὰρ ἐν τῷ Περὶ Νόμου οὕτως· Συνέχει γὰρ κτλ. Bis hoc loco in libris quibusdam legitur τοὺς οἴκους, quod e severioris Doridis legibus et cum codice Vaticano mutandum duxi in τὼς οἴκως. — Vizzanius vulgavit τὶς οὖν αἰτία καὶ φύσις κτλ. atque idcirco vertit : Causa igitur aliqua est et natura; sed rectius ponitur τίς οὖν vel potius ὦν, quemadmodum paulo post in Vaticano et Augustano exemplari comparet, ita ut hoc enuntiatum usque ad verba ὀλιγοχρονίως ἦμεν quæstionem contineat, ad quam respondetur sequenti enuntiatione ὅσα μὲν ὦν γεννατὰ—τᾶς διαλύσιος. Cæterum pro μηδέποτ'—ἐξ ἧς—ἡ γὰρ quæ in membranis sunt, edidimus μηδέποχ'—ἐξ ἇς—ἁ γὰρ, ut in his quoque formis severiorem Doridem restitueremus, quum ὀλιγοχρονίως pro ὀλιγοχρονίους Vaticanus liber et Augustanus præbeant. Inepte vulgo legitur πρῶτον, cujus loco flagitatur πρότερον. Neque enim dubitandum, quin vera sit Ammonii observatio : πρῶτος μὲν ἐπὶ πολλῶν, πρότερος δὲ ἐπὶ δύο· καὶ τῷ μὲν πρώτῳ ἀκολουθεῖ ὁ ὕστατος, τῷ δὲ προτέρῳ ὁ ὕστερος. Cf. Valckenar. ad Theocrit. Idyll. I, 11. In extremis τὸ μεταβάλλον, pro quibus Galeus scripsit καὶ τὸ μεταβάλλον, addita καὶ particula articulum delevi.

BnF MSS